Ὀψάριον, ου, τὸ, deminut. *piſciculus, piſcis.* Ioh. 21, 10. it. c. 6, 4. 11 coll. Matth. 14, 17 & Luc. 9, 23. Th. ὄψον, ου, τὸ, *quicquid cum pane comeditur:* per ſynecd. gen. *piſcis.* Num. 11, 12.

Ὀψὲ, adu. *ſero.*

Ὀψία, ας, ἡ, *veſpera.* Matth. 27, 57.

Ὄψιμος, ου, ὁ, *ſerotinus:* ὑετὸς πρώϊμος καὶ ὄψιμος, *pluuia matutina & ſerotina.* Iac. 5, 7. Hebr. Deut. 11, 14 יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ: illa poſt ſemen iactum haec paulo ante meſſem contingit. Per ὑετὸν ὄψιμον, *pluuiam ſerotinam,* ergo intelligitur pluuia, non quae circa veſperam decidit, ſed *quae ipſam meſſem antecedit.*

Ὄψις, εως, ἡ, *facies, ſpecies.* Apoc. 1, 16. Ab ὄπτομαι, *video.*

Ὀψώνιον, ου, τὸ, *ſtipendium:* a nomine ὀψώνης, ου, ὁ, *opſonator:* ex ὠνέομαι, ὦμαι, *emo,* & ὄψον, ου, τὸ, *quicquid cum pane comeditur.* Ὀψώνιον ergo proprie eſt *quicquid emitur, vt edatur cum pane:* per ſynecd. gen. vero ponitur pro *opſonio, quod militibus dabatur loco ſtipendii.* Luc. 3, 14. cf. 1 Macc. 14, 32. Hinc per metaph. pro *ſalario,* ſ. *ſtipendio quouis* accipitur. 2 Cor. 11, 8. Sed Rom. 6, 23 τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας eſt *poena peccati.*

Π

Παγιδεύω, *illaqueo, irretio.* F. εύσω. a. 1 ἐπαγίδευσα. a. 1 ſubi. παγιδεύσω, ῃς, ῃ. Matth. 22, 15.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343610256/353 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG